

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Meditationes De Præcipvis Fidei Nostræ Mysteriis**

Vitæ ac Passionis D.N. Iesv Christi; Et B.V. Mariæ; Sanctorumq[ue] et  
Euangeliorum occurrentium Cum Orationis Mentalis circa eadem praxi In  
sex partes tributæ

Qvae Meditationes Complectitvr circa omnia Christi Domini Acta, ab eius  
Baptismo ad finem vsque Prædictionis, Doctrinam, Miracula, Parabolas

**Puente, Luis de la**

**Coloniae, 1612**

30. De centurione, cuius feruum Christus restituit sanitati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54633](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-54633)

## DE SERVO CENTVRION. 285

Dæmones, cogitque fugere è corporibus & animabus. O Redemptor mi, pone in corde meo & in lingua mea verba humilitatis veræ, quibus in virtute & nomine tuo expellam ex mea & proximorum meorum animabus omnes Dæmones, à quibus vexamur, quò ab eius seruitute liberati, in iustitia & sanctitate seruiamus tibi. Amen.

## MEDITATIO XXX.

DE SERVO CENTVRIO-  
nis à Christo Domino sani-  
tati restituto.

**C**V M introisset I B S V S Ca-  
pharnaum. a Centurionis cu  
iudā seruus male habens, erat  
moriturus: qui illi erat pretio-  
sus. Et cum audisset de I E S V,  
misit ad eum Seniores Iudeo-  
rum brogans eum & dicens:  
Domine puer meus iacet in domo paralyticus, &  
malè torquetur.

a Lnc. 7.2.

b Mat. 8.6.

I:

PERPENDE hīc primūm Centurionis hu-  
ius pietatem: qui adeò solitus erat de sanita-  
tate, non filij sicut Chananaea, sed serui; magna  
etiam charitate prosequens paruulos: præter  
multa alia pia opera, quæ præstabat, Syna-  
goga s Iudæis ædificans & alia multa benefi-  
cia in eos, etiamsi gentilis esset, conferens.

III. Part. Medit.

B b

DEIN-

## II.

DE IN DE considera profundam eius humilitatem, qui non est arbitratus sedignum, qui antè Christum compareret, aut per se ipsum accederet: abiectè de se, altissimè verò de Christo sentiens. & licet Seniores illi ab ipso ad Christum missi, diceret, dignum eum esse, cui gratia petita conferretur, ob multa bona quæ ipsis præstisset: ipse tamen bonorum, quæ præstisset, oblitus, indignum se eius spectu iudicauit.

## III.

TERTIÒ magna fuit eius fides, & confidentia: qui satis sibi esse existimauit, quod serui sui necessitatem, quia paraliticus esset, & malè torqueretur, Christo Domino proposuisset: nihil dubitans posse ipsum etiā absensem seruum sanitati reddere: adeoq; benignum esse ac misericordem, cui satis esset, eam calamitatem cognoscere, etiamq; non petetur, ut ei subueniret. Ex quo discam rationem cum Christo Domino agendi, quæ nō tam est posita in verbis, quam in affectibus; nec tam in præsumptuoso ad eundem accessu, quam in humili ab eodem ob reuerentiam recessu: sic enim recedere, appropinquare est. Vnde S. Matthæus refert, Centurionem accessisse ad Iesum, quod significaret, non corporis passibus, sed spiritu ad Christum esse accedendum, actibus scilicet affectibusq; fidei, fiducia, humilitatis, reuerentia & charitatis. O Deus animæ meæ da mihi sicut Ceturioni huic, propri cognitionis lumen: ut quodcunq; bonum perfecerim oblitus, inutile me seruum semper agno-

eiushu-  
dignum,  
er se ip-  
e verò de  
i ab ipso  
um esse,  
Ita bona  
onorum,  
eiuscō-

& confi-  
uddser-  
eslet, &  
propo-  
absen-  
nignum  
eam ca-  
petere.  
tationem  
tam est  
hec tam  
quām in  
effu: sic  
Jude S.  
sisse ad  
s passi-  
lēdum,  
iz, hu  
Deus  
c, pro  
onum  
emper  
agno-

## DE SERVO CENTVRION. 287

agnoscam, indignumque; qui in tuo conipe-  
ctu compaream: sic tamen id obtinere deside-  
ro, vt non ita pusillanimitate retraham, quin  
vera accedam charitate. Ecce Domine seruus  
meus, qui est corpus meum, quod ministrare  
mihi deberet, est paraliticum, valdeq; ad mi-  
nistrandum spiritui ioeptum, mandum & ad  
virtutum opera deficiens: Et nisi huic eius ne-  
cessitati subuenias, nemo poterit me ab ea  
eripere.

## PVNCTVM II.

**E**t ait illi IESVS: a ego veniam & curabo a Matt. 8.7.  
eum. b & cum reipsa iret versus domum b Luc. 7.6.  
Centurionis, & iam non longè esset à do-  
mo, misit ad eum Centurio amicos dicens: Do-  
mine noli vexari; non enim sum dignus, vt sub-  
iectum meum intres: propter quod, & me ip-  
sum non sum dignum arbitratus, vt venirem  
ad te: sed tantum dic verbo, & sanabitur puer  
meus.

PRIMVM hīc perpende Christi Domini be-  
nignitatem, & quanto fauore humiles & par-  
vulos prosequatur: parui omnino faciens po-  
tentest & superbos: Nam Regulo, qui croyabat c Ioan. 4.48  
eū, vt descēderet & sanaret filiū eius, et si prin-  
cipalias & per seipsū venienti, & filiū sanita-  
tē petenti; asperius tamen respondit, & incre-  
dulitatē obiecit; Centurioni tamen, qui de se  
humiliter sentiēs, indignū se iudicabat q; id à  
Christo peteret, benignè respōdit, sc̄q; offert  
ad id etiā q; non petebatur; ac reipsa ire cepit

I.

Bb 2

versus

versus domum Centurionis; non eius filium,  
sed seruum sanatorum. O humilitas, quānes  
potens! quę ipsum Dei filium ita attrahis, ve-  
gesque venire ad visitandam domum, quam  
tu incolis! O utinam cor meum esset hospitiū  
tuum: quod ipse Dei filius illud ingredi & in-  
habitare dignaretur!

## II.

DEINDE obserua, Centurionem non so-  
lum non fuisse inaniter elatum hoc Christi in-  
se fauore, sed creuisse potius in humilitate, &  
profundiores in sua cognitione radices iecis-  
se, eoque in fide omnipotentiæ Christi pro-  
feciisse, ut crederet eum, vel solo verbo posse  
seruum ipsius restituere sanitati. Tantum, in-  
quit, dic verbo: Et sanabitur puer meus.

Quae verba commodissima Ecclesiaz vili-  
sunt, quæ ante sacram Communionem vis-  
parentur, quæ properea utroque hoc affect  
humilitatis & fiduciae, reverentiz & viuzi  
dei dicere studebo. O Deus cœli & terra-  
quisego sum, ut tu ad pauperculam domini  
meam venire digneris? non sum tantum bo-  
num promeritus; nec adeo vilis habitatio ti-  
tum hospitem recipere digna est! Satis est Do-  
mine, si vel verbulū dixeris, ad sanitatem an-  
mæ meæ reddendam, & in ea quicquid ultra  
libuerit tibi peragendum. Cum dixisti duci  
lux, mox ita facta est. e Dic anima mea, salu-  
tua ego sum, & è vestigio salua erit: Dic seruo  
huc corpori meo, ut sanatum resurgat, & re-  
sorget sine mora, ut mihi & tibi ministret in  
ompibus, quæ tibi placebunt.

¶ Gen. 1.3.

¶ Psal. 34.3.

DENI-

DENIQVE attende, qua ratione Centurio ex suipius cognitione ad excellētes aliarum virtutum actus ascenderit, Christum ipsum adiectis illis verbis extollendo: *Ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites;* & dico huic, vade, & vadit; & alij veni, & ve-  
nit. Ego, inquit homo sum terrenus, eius con-  
ditionis, ut aliis subsum: tu vero homo es cœ-  
lestis, Deusque infinitus, omnibus superior,  
qui nemini subes, sed omnibus præs: quare  
non sum dignus, ad quem, vtpotè vilissimum,  
tantus Dominus veniat. Quid si verbo meo  
milites, seruique mei obediunt: multò prom-  
ptius verbo tuo vniuersæ obedient creaturæ,  
& ipsi morbi parebunt: quare dicente te; ve-  
nire, venient; dicente, abite, discedent. Huius  
Centurionis exemplum imitans, ex ijs, quæ in  
me experior intelligam f quām admirabilis f *Psal. 138.6*  
facta sit scientia eius quod potest Deus, ex me,  
exultaboque de excellentia ac potestate eius.  
Gaudeo Saluator mihi, supremum te esse Mo-  
narcham, cui omnes obediant: tantamque esse  
potentiam tuam, ut te efficaciter dicente, fiat  
hoc, ad nutum pareatur tibi, fiatque quod iu-  
bes. Largire, quæso, & mihi hanc supra facul-  
tates animæ meæ potestatem, ut me aliquid  
quod obsequij tui sit, imperante, absque mora  
ipsæ obtemperent; & si imaginativæ præce-  
pero hoc imaginare, id statim præstet; si illud  
imaginari prohibuero, mox desistat: & di-  
conte me appetitionibus meis, hoc appetite;  
ad faciant; & si dixerō, illud detestamini, sta-

tim illud detestentur, vt in omnibus sanctis.  
simam tuam sequantur voluntatem. Amen.

## P VN CT V M III.

a Matt. 8.10

**A**VDIENS autem IESVS miratus est; &  
sequentibus se dixit: Amen dico vobis, non  
inuenient am fidem in Israel. Dico au-  
tem vobis, quod multi ab Oriente & Occidente  
venient & recubent cum abraham, & Iau-  
& Iacob in Regno cœlorum: qui autem Regnū  
filij esse debuissent, ejicientur in tenebras exte-  
rieres: ibi erit fletus & stridor dentium. & dixi  
IESVS Centurioni: vade. & sicut credidisti, fa-  
tibi. & sanatus est puer in illa hora.

I.

PERPEND hic primum Christum Do-  
minum admiratum, quoad externa signa, fu-  
se, quod nos doceret, humilitatem, fidem, he-  
roicamque virtutem adeo esse admirandam,  
vt sufficiens esse videatur admirationē ei ad-  
ferre, qui est super omnia admirabilis: idque  
multò magis, cùm exēdem virtutes in seculari  
quopiam & mundi huius hominibus inueni-  
untur, quales Capitanei, Centuriones, & mi-  
litēs sunt. quare magnus ad eas virtutes amo-  
ris affectus est nobis concipiendus.

II.

DE INDE expende, Christum Dominum  
laudasse fidem huius Centurionis, ut illum eo  
honore afficeret, quod ioto tempore suæ pra-  
dicationis tantam fidem non inuenisset in toto  
populo Israel; eaque erubescere eos faceret,  
quos ratione sui status & conditionis magis

humili-

humiles, pios, Deoque subiectos esse oportebat. Ex quo magnum concipiam timorem ob cordis mei duriciem circa gratitudinem ob acceptator beneficia. O mi Rex benignissime, ne patiaris me ad fidem tuam sanctam vocatum, & ut filius tuus per gratiam essem, meā culpā ab ea excidere, & Regno tuo expulsum ad exteriōres ejci tenebras, extra lucem tuam, & ab amicitia tua ad lacus Inferni tenebrosos, ut fletus continuus & rabies inuenitur. O vtinam plurimi ex Indiis Orientis & Occidentis ad Fidem tuam perueniant, ut Ecclesia tua Regnumque cōlorum plurimis iustis repleatur: sed ne Domine permiseris eos qui iam vocati & in Ecclesiam tuam iam ingressi sunt, ex ea egrediantur, & à Regno, ad quod eos vocaueras, excludantur.

DENIQVE perpendam, quām plene benigneque Christus Dominus Centurionis votis annuerit, illo solo verbo sanitatem eius serue reddendo, *Fiat tibi sicut credidisti* Nam, ut Regius ait Propheta: *b voluntatem timentium se faciet Deus*, Timeam ego & reuerear te, Deus <sup>b Psal. 144.</sup> <sub>19.</sub>

meus, ut meam digneris voluntatem facere vel in hoc solo, ut tuam ego  
exequar semper,

Amen.

## III.